

tit. dicitur non licere dispensare, quando tales clerici cum vidua contraxerunt. Et ratio huius sententiae red dicitur a Couarrubia statim allegando, quod hic clericus ducens virginem, nec verus, nec interpretatus, nec si quis bigamus sit, quamvis appelletur bigamus saltem secundum aliquam significationem, ac similitudinem, eod quod indigeat dispensatione. Nec obstat textus cap. 2. qui clerici, vel vou. vbi solum conceditur Episcopis facultas dispensandi cum his clericis, quando vere penitentes sunt, ac religionem ingrediuntur. Quia is textus intelligitur de consilio: iure enim suo potest Episcopus dispensare, vt dicitur. c. 1. eodem tit. Sic explicant Glossa eo. cap. 2. verb. in subdiaconatu. Et ibi Innocentius, vnicuique. Et ideo hanc sententiam sustinent, Glossa cap. 1. verb. dispensatiue, & cap. 2. verb. in subdiaconatu, qui clerici, vel vou. & cap. san. sacerdotis, verb. ex indulgentia, de clericis, coniugatis. & cap. nuper, verb. dispensari, de bigam. Abbas. dist. c. 2. in fi. & ibi Alexander de Neuo in fine. Anchar. cap. 1. nu. 1. notabili 2. qui clerici, vel vou. Et ibi Præpositus, nu. 8. Antonius. d. c. san. Sacerdotes, in fine. Athesius summa. 2. p. lib. 6. tit. 7. art. vnicuique, quæstionum. 2. Monald. summa, tractatu de irregular. vbi de bigamia. col. 2. verific. item si aliquis. Turrecere. cap. le. for. dist. 34. art. 2. num. 10. concl. 4. Rosella verb. bigamia. num. 2. Et ibi Angelus num. 9. Syluest. quæst. 8. Tabiena. q. vltima. Armilla num. 9. Couarr. Clem. si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. num. 2. vers. 2. Nauarr. summa. cap. 27. num. 197. fin. Borgasius de irregular. p. 5. tit. de bigamis. nu. 9. Antonius Cucus lib. 4. Institutionum maiorum. tit. 12. num. 188. Et ex Theologis, Paludan. 4. dist. 27. quæst. 4. art. 2. num. 12. & art. 5. nu. 35. Toledo lib. 1. summa. cap. 26. num. 8. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 66. art. 5. fin. Valentia. 4. part. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. in 1. specie irregularitatis, in fin. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 1. lib. 4. cap. 7. fin. Emmanuel Sa summa verb. irregularitas, vbi de bigamia. num. 4. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de irregularitate. cap. 22. in prima specie irregularitatis. Temperan. autè Angelus, Syluest. Rosella, Armilla, dummodo clericus ille penitens sit, aliàs non poterit Episcopus dispensare: per. c. 2. qui cler. vel vou. petens hanc conditionem, vt possit Episcopus dispensare. Sed iam dixi ex mente Glossæ, & Innocentij, conditio

nam eam peti ex solo consilio. Quod idè non obscure significant Abbas, & Alexander de Neuo proximè allegati, tantum enim dicunt non debere Episcopum dispensare, quado clericus ille penitentia signa minimè exhibet.

Intellige autem non posse Episcopum dispensare cum clerico in facris constituto viduam ducente, quoad officium, secus in beneficio: per cap. presbyterum. dist. 28. quod est ex 6. Synodo in Trullo. c. 26. ibi: *Presbyterum non legalibus nuptijs detentum cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere precipimus.* Vbi Glossa. verb. habere, ait beneficium hunc retinere, sed abstinere debere ab officio. Et sic docent Ioan. Andra. cap. finalij, in fine, de bigam. & ibi Anton. sine. Cardinalis oppositio 2. Abbas sine. Bellemera in fine.

Similiter poterit Episcopus dispensare in irregularitate bigamie: similitudinaria professi transeuntis ad matrimonium. Propter eandem rationem, ob quam potest cū clerico. Et hoc quando cum vnica, & virgine contraxit, secus quando cū vidua, vel duplex inijt matrimonium. (vt num. 20. diximus de clerico ineunte matrimonium.) Atque ita docent Supplementum Gabri. 4. d. 27. q. 3. art. 3. ad fin. Paludanus vtroque loco, Turrecere. Rosella, Emmanuel Sa, Ludou. Lopez citati. nu. 20. Quauis Athesius ibidem allegatus oppositum sustineat. Hoc tamen intelligendum est, quando professus est exemptus, si ex licentia sui superioris subiiciatur Episcopo. Vt in simili retuli ex Enriquez num. 13.

Poterit etiam Episcopus dispensare in hac irregularitate similitudinaria bigamie, si ex delicto occulto oriatur per Trident. sels. 24. de reform. c. 6. Quia eam ex delicto, & non ex significatione oriri probaui in disp. præcedenti. num. 10. Et ita docent Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 158. nu. penult. Vega 1. tomo summa. cap. 38. casu 1. fin. Quod est verum, quamuis clericus ille in facris constitutus, aut professus viduam duxerit post sacri ordinem, vel professionem, cum antea nullo matrimonio iūctus esset. Quia hic ex sola bigamia similitudinaria est irregularis. Matrimonium enim vnicuique irritū cū vidua non inducit interpretatum bigamiam, (vt probaui disp. 84. nu. 11.) Imò idem dicendum est, quando ante ordinem sacrum, vel professionem, vnicuique matrimonium validū cū virgine contraxit, & post ordinem, aut professionem, aliud

irritum

irritum cum quacumque. Vel ante ordinem, & professionem, duxit viduam, vel corruptam in alidè, & postea aliud matrimonium inijt, ordine iam suscepto, aut professione emissa. Vel post hæc contraxit plura matrimonium, cum quacumque femina. Quia in his euentibus cum duo matrimonia non inueniantur valida, nec vnicuique validum eū corrupta, solum reperitur vltra bigamiam similitudinariam, alia interpretatiua: & cum hæc quousque; ex solo delicto conflagrat: (vt probaui disp. 84. nu. 6.) & illud sit occultum, poterit Episcopus in vtraque dispensare: iuxta concessionem Tridentini eodem cap. 6.

Tandem obseruandum est, in dispensationis bigamie impetratione non esse necessarium mentionem ternarum, vel quaternarum nuptiarum, aut vltiorum, sed satis esse referre binas nuptias. Quia nullus textus trigamiam meminit, sed solius bigamie. Præterea, quia adeo incapax est ordinis suscipiendi, ac representanda coniunctionis Christi cū Ecclesia trigamus, ac bigamus. Item, quia iudex plures latrones suspenses, non opus est in dispensatione impetranda,

vt mentionem faciat de illis, sed satis est dicat se morte damnaſſe hominem. Et ita docent Nauarr. lib. 1. cons. tit. de bigamis, in vtraque editione, toto cons. 2. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. num. 9. Quamvis contrarium significet Maiolus lib. 1. de irregul. c. 3. ad finem, ait enim tot posse multiplicari in bigamo connubia, vt nulla omnino expectanda foret dispensatio. At nō satis est, se esse bigamum explicare: sicut nec esse illegitimum, vel afinum. Sunt enim variae herum species. Similiter est necessarium faciendā mentio bigamie veræ, & interpretatiuæ, & similitudinariæ, si simul concurrant. Quia sunt diuersæ species. Vt si duo quispiam inijt matrimonia valida, & alterum cum corrupta. Quia adest bigamia vera ratione duplicis matrimonij, & interpretatiua, eod quod alterum cum corrupta fuerit: & sic in reliquis casibus, in quibus plures species concurrerint. Nam omnium mentio faciendā est. Quod amplius constabit ex tractandis lib. sequenti, ubi consanguinitatis & affinitatis concurrentium, vel plurium consanguinitatis graduum, mentionem faciendam esse probabimus.

DISP. OCTOGESIMASEPTIMA.

Quæ sint pœnæ iure Ciuili secundis nuptijs intra luctus annum contractis statuaræ: & an sint iure Canonico correctæ?

SUMMARIUM.

Explicatur vtilitas questionis: & quot disputantur num. 1.
An nubes hic luctus an numeretur à die mortis viri scienti? num. 2.
An vidua anno luctus nubens sit ipso iure infamis, & in his penis non sit necessaria iudicis sententia? num. 3.
An possit dare posteriori viro vltra tertium bonorum partem: & quid extraneo: & an hoc sit deductis legatis computanda? num. 4.
Quid, si integrè inficiatur posteriorem virum hereditatem? num. 5.
An nubens infra annum, & postea vidua nubat post annum, possit huic viro vltra tertium bonorum relinquere? num. 6.
An nubens eo anno luctus sit experta cuiuscumque relictis, & donationis, & hereditatis respectu extraneo? num. 7.
An teneatur sic accepta restituere? Et traditur regula, quando lex reddat incapax quæpiam hereditatis, & teneatur eam restituere. n. 8.

An hæc pœna intelligatur de relictis à quouis extraneo, vel coniuncto? num. 9.
An priuatur omnibus relictis à viro, etiam in conscientia? num. 10.
Quid de acceptis titulo donationis à viro? num. 11.
An perdat ante sententiam sponsalium largitatem? num. 12.
An amittat habita à priori viro titulo oneroso? num. 13.
An ducens viduam intra annum luctus amittat hæc? num. 14.
An priuatur successione ab intestato prædicta vidua? num. 15.
An teneatur moderatem suorum bonorum dare relictis prioris matrimonij? num. 16.
An eximat ab his penis, si sit minor? num. 17.
Quid, si vel prius matrimonium, vel posterius sit irritum? num. 18.
Quid, si alterutrum non sit consummatum? num. 19.
An hæc pœnæ incurrat viduus intra luctus annum ducens extraneum? num. 20.
Postea. 20. inuenies summarias, quæ desiderantur.

Hæc-

HA Genus egimus de pena iure Canonico per secundas nuptias incurta. (Si bigamia proprie pena dici potest. Iam de penis iure ciuili inductis, & de ijs quæ a testatoribus apponi solent, differendum est. Et illæ quæ dem sunt in duplici differentia. Quædam enim imponuntur nuptijs infra annum luctus contractis. Aliæ verò secundis nuptijs absolute imponuntur, in fauorem, nimirum, plis ex priori matrimonio habitæ. De his ergo omnibus penis seorsum agendum est. Et in hac disputatione agemus de penis secundarum nuptiarum infra annum luctus. Et in disp. seq. 88. de penis in fauorem filiorum prioris matrimonij. Et in disput. 89. enodabitur qualiter referuntur filijs prioris matrimonij bona per coniugem secundis nuptijs copulatum, acquisita à priori coniuge. In disp. 90. differetur, qualiter pena secundis nuptijs indictæ, locum habeat in vidua fornicante. Et eadem disp. 91. de penis à testatoribus impostis coniugi ad secundas nuptias transeunt. In præsentem ergo duplex est questio disputanda. Prior, de penis, quas incurrit vidua intra annum luctus nubens. Posterior, qualiter ex iure Canonico correctæ sint. Nec existimet aliquis inane esse penas has enumerare: cum eas iure Canonico correctas esse dicturi simus. num. 23. Imò id vtilissimum est. Quod eæ penas vim habeant aduersus viduas luxuriosæ viuentes. (vt disp. 90. nu. 1. dicemus.) Et præterea incurritur eadem penæ, nec iure Canonico corriguntur (vt disp. seq. n. 13. & 41. explicabimus) quando mater filiorum tutrix transit ad alias nuptias tutore minime petito filijs. Et ideo deseruiet penas has enucleare, vt sciatur, quæ penæ in ijs euentibus incurrantur.

Questio prima. Quas penas subeat vidua intra annum luctus ad alias nuptias transiens? Supponendum est, annum hunc luctus esse primum post viri obitum. Atq; annus hic luctus numeratur à die mortis prioris viri atq; cedit ignoranti. Constat ex l. genero. ff. de ijs, qui notantur infamia, ibi: *Sed cum tempus luctus continuus est, merito & ignoranti cedit ex die mortis mariti*. Atq; ita docet Glossa. l. si qua mulier. verb. festinatione. C. ad Senat. consul. Tertul. & l. 1. verb. festinatione. C. de secund. nupt. Et ibi Garro in noua editione. num. 105.

3 Prima ergo pena viduæ nubentis intra annum luctus est, vt efficiatur infamis, tã ipsa, quam vir eã duens. Constat ex l. 1. C. de

secund. nupt. ibi: *Ex iure quidem notissimo sit infamis. Idem habetur. l. Regia. 3. titul. 6. part. 7. Et hæc infamia incurritur ipso iure. Quod constat ex auth. de nuptijs. §. prime siquidem collat. 4. ibi: Infamia mox sequatur, & est omnino mulier propter nuptiarum festinationem infamis. Quod particula illa, omnino, etiam adiecta verborum futuri temporis, importet paratam esse executionem, & penam ipso iure incurri. Vt docet multis alijs relatis, Tiraquellus. l. si vnquam. verbo reuertatur à num. 76. C. de reuoc. donat. Quod idem importat dictio, mox, vt docent multis citatis, ibi Tiraquel. à num. 109. & Felin. cap. Rodolphus. nu. 34. de re script. Et in proprijs terminis ita docent Glossa final. l. decreto. C. ex quibus causis infamia irrog. & ibi Salicetus. vi. Bald. d. l. 1. nu. 1. verb. ibi, infamis. Et ibi Salicetus num. 1. notabil. f. Garro. nu. 12. notabil. 4. Decius nu. 4. ff. notabili 5. Azo summ. tit. de secund. nupt. nu. 2. Exigitur tamen sententia iudicis declaratoria facti, vt incurritur hæc infamia. Et ita tradit Decius proxime citatus. Quare Glossa finalis. dict. l. decreto, dum ait incurrit infamia hæc non expectata aliqua iudicis sententia, intelligi debet de sententia condemnatoria. Et eodem modo intelligitur Garro. d. l. 1. nu. 12. dicens incurri abiq; aliquo iudicis ministerio. Atq; ita statim. nu. 17. ad videndum, an desideretur sententia facti declaratoria, vt vidua illa tanquam infamis declaratoria à testimonio ferendo, & alijs actibus, remittit se ad Fracum. c. pro humani. nu. 6. notabil. vltimo, de homicid. in 6. & c. felicitis. §. 1. in fine, de penis, eodem lib. vbi. & Felinus cap. Rodolphus. nu. 35. verb. ff. declaratoria, de re script. docet in his penis ipso iure incurris nõ exigi, vt iudex per sententiam puniat, penamq; pronuntiet: bene tamen desiderari, vt per sententiam declaret delictum, seu factum: & iudice pronuntiante commissum esse, pena à iure est inflata. vt tradit Bart. l. eius qui delatorem, ad finem principij. ff. de iure delat.*

4 Secunda pena est. Vt posteriori viro non possit dare in dotem, nec in vitima voluntate relinquere vltra tertiam bonorum suorum partem. Constat ex l. 1. C. de secund. nupt. vbi expressè hæc pena statuitur. Et quantis ibi sermo sit de relictis in testamento, at nec inter viuos potest vltra eam quantitatem illi donare. Vt docent ibi Glossa. verb. testamentum, & Salicet. num. 4. q. 1. Quia ea donatio inter viuos est irrita,

vt

1 vt potest inter coniuges facta, nisi morte mulieris donans confirmetur. At tunc quando confirmata est, habet vim relictæ in testamento. l. Papinianus, & l. donatis. ff. de donat. inter vir. & vxor. At relictum in testamento vltra tertiam partem non valet. Atq; adeo vltra Glossam, & Salicetum allegatos, docent hoc, Albericus ea. l. 1. nu. 3. Cynus ibi. quæst. 3. nu. 3. Garronis ibi, in noua editione. num. 110. At ea tertia pars computanda est deductis legatis. Sic Salicetus ea. l. 1. nu. 5. & ibi Garronis nu. 113. At nõ interdictur tali viduæ donare vltra eam tertiam partem extraneo. Vt bene docet Glossa. Auth. de nuptijs, collat. 4. §. prima siquidem. verb. neq; merito, Azo summa. c. de secund. nupt. nu. 2. Præpositus tributa de secund. nupt. nu. 2. Alberic. l. 1. nu. 1. C. de sec. nupt. & ibi Garronis notab. 5. n. 30. & n. 111. qui bene vtroq; in loco hoc temperat, nisi donet in fraudem, ea, nimirum, lege, vt ille postea donet marito.

5 Quod si integre vxor posteriorem maritum instituat hæredem: tunc vel dicendum est, posteriorem virum in solidum esse hæredem. Quia nequit quispiam partim testatus, & partim intestatus decedere: regula, ius nostrum. 7. ff. de regulis iuris. At tenebitur restituere hæredibus ab intestato quod vltra tertiam partem habuit. Sic Glossa. l. 1. verb. testamentum. C. de secund. nupt. & ibi Cynus. q. 1. Salicet. nu. 5. Addit Glossa vel fiscoem auferre eam ab indigno. Quod Salicet. ibi nu. 5. & Garro. ibi. n. 112. dicunt procedere, in subsidiũ, nõ p̄, deficientibus hæredibus ab intestato. Vel secundo potest dici, virum nõ futurũ in solidum hæredem: quod sit casus specialis hic, in quo potest mulier partim intestata decedere. Ita Bart. ea. l. 1. nu. 1. Bald. ibi. n. 10. Garro. num. 114.

6 Si autem intra annum luctus semina secundum nuptias, viduæ effecta, & iã transacto anno luctus secundi viri nubat tertio, potest huic vltra tertiam bonorum suorum partem relinquere. Quod pena hæc limitata fit quoad virum intra luctus annũ acceptum. At huic extra illum annũ nuptiæ. Sic Bald. l. 1. nu. 2. C. de secund. nupt. & ibi Garronis in noua editione. nu. 27.

7 Tertia pena est, vt sit expers cuiuscũq; hereditatis, legatæ, fideicommissi, donationis causæ mortis. Vt constat ex l. 1. C. de secund. nupt. ibi: *Omniun præterea hereditarium, legatariorum, fideicommissorum, supremam voluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers. Hæc namq; omnia ab hæredibus, vel*

coheredibus, aut ab intestato succedentibus vendicari iubemus. Vbi Glossa. verb. ab intestato, & Alberic. nu. 1. Garron. nu. 44. intelligunt, quando hæc vidua fuit sola instituta, succedere hæredes ab intestato: si verò alij coheredes instituti sunt, eos succedere. Hæc autem pena non intelligitur de relictis à viro, sed ab alijs præter virum: (quos nu. 9. explicabimus) nam paulo inferius loquitur eadem lex de relictis à viro: & nos de illis dicemus. nu. 10. Et ita docent Glossa ea. l. 1. verb. relictorum. Et Garronis nu. 38. & omnes scribentes, ibi. Atq; constat ex textu expresso. §. prima siquidem. verb. sed neq; ex rinfisco. auth. de nuptijs. Poterit autem per donationem inter viuos accepta retinere. Quia expressus est sermo in hac pena de relictis in vltima voluntate, aut donati: ne causa mortis acceptis. Et ita fortè esse verum dicit ibi Glossa. verb. causa, & tradunt ibi Cynus. nu. 4. quæst. 4. Bald. nu. 3. fin. Decius nu. 10. notabil. 8. Salicetus. nu. 5. quæst. 3.

8 Ex his videtur necessariò dicendum, huic iusno de vidua intra annum luctus nubentem reddi omnino incapax, ac proinde attenda hac legum dispositione teneri in conscientia sic accepta in vltima voluntate restituere alijs hæredibus, (dixi attenda legum dispositione, ne aliquis decipiatur: nam nom. 25. dicam omnes has penas esse iure Canonico correctas.) Quod inde constat, quia quoties hæreditas, vel legatum auferuntur alicui tanquam indigno, si redditur incapax, & inhabilis per legem ad succedendum, illa non applicatur fisco, sed hæredibus venientibus ab intestato, vel alijs coheredibus, si alij instituti sint. Quod talis institutio habeatur, ac si scripta non esset. l. 3. ff. de ijs, quæ pro nõ scriptis habentur. Incapax enim pro mortuo reputatur. l. 1. §. sed si patrono, ibi: *Pro mortuo habetur. ff. de coniugendis cum emancipato.* Ac proinde succedunt alijs testatoris hæredes, qui ea in institutione non facta succederent. Item, quia iniquum esset, hæredem illi, vel legatarium puniri in re cuius dominum nõ acquisiuit, impediente acquisitione incapacitate. Si verò nõ reddatur incapax, & inhabilis, applicantur hæreditas, & legatum fisco. Quia cum iã hæredi illi, vel legatario acquisita sint, ac institutio valida fuerit, nullus ius superest hæredibus: eã quod bona illa deseruit esse testatoris, & acquisita sunt ei, cui relinquuntur: & ideo si ab hoc tanquam ab indigno auferantur, sic

cedit

ceder fiscus. Quam differentiam notant Bartol. l. hereditas. num. 3. C. de his qui bus ut in dignis. & ibi Baldus num. 6. Paulus num. 5. Salycetus num. 10. Iason. num. 10. & reliqui scribentes ibi. Cynus. l. 1. nu. 6. quaest. 8. C. de secund. nupt. & ibi Decius num. 10. notabili 8. Garronis ibi, in noua editione. num. 40. Gualtelmus Benedictus. cap. Raynuntius. verb. mortuo itaque. el. 1. num. 37. de testament. Couarru. 4. decretal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 9. fine. Gregorius Lopez. l. 2. tit. 2. part. 7. verb. *ni pue dam*. & l. final. verb. *cosas* tit. 7. part. 6. & ex ea lege habetur aperte hac differentia. Molina lib. 1. de primogen. cap. 9. num. 26. & 27. Bossius praetica. tit. de his qui bus ut in dignis bona auferuntur num. 3. Pelaez in prima editione, de maioratu. i. p. quaest. 1. num. 93. Ceruantes. l. 4. Tauri. nu. 38. Posterior tamen haec pars, nempe, quoties haeres, vel legatarius non redditur incapax, applicatur fisco, intelligenda est, nisi delictum illud respiceret offensam certae personae, tunc enim illi, & non fisco applicaretur. Vt docent Barr. Paulus, Salycetus, Iason ibidem. Hinc inferitur, quando lex priuans alieque hereditate, aut legato, vocat alios heredes ad eam successione, induci priuationem ipso iure. Nam alii haeres non admitterentur, sed fiscus. Quod constat ex dictis. Et tradit Iason. l. si ab hostibus. num. 4. ff. solut. matrimon. Cum ergo mulieri secundo nubenti intra annum luctus, auferat lex hereditatem, & legatum, & ad ea vocet alios heredes, manifestum est, eam reddi incapacem illius relictis. Praeterea, quia illa. l. 1. C. de secund. nupt. dicit, *Expers sit*: expers autem dicitur sine parte. *Expertes* literarum. C. de decurion. lib. 10. quasi partem nullam habeat in eo relicto. Tandem, quia eadem. l. 1. ait posse vendicari ab heredibus hereditatem illam, vel legatum. Quod rerum, quae in dominio vendicantis existunt, est proprium. l. in rem actio. 23. ff. de rei vendic. Et ita reddi incapacem hanc heredem docent Albericus dict. l. 1. nu. 1. in fin. Et ibi Cynus in principio, notabili 3. & nu. 6. quaest. 8. Salycetus num. 1. notabili 2. Decius num. 10. notabili 8. Garronis in noua editione, notabili 7. nume. 38. Et subdunt ibi Decius, & Garronis num. 39. eam dispositionem haberi pro non scripta, & eiusmodi viduam non capere eam effectum.

Intelligunt autem hanc penam aliqui de relictis a quocumque extraneo, vel a con-

iunctis ultra tertium gradum. Quia lex illa prima. C. de secund. nupt. in fine, de his coniunctis loquitur. Sic sentiunt Osofredus dict. l. 1. & ibi Albericus num. 1. Salycetus num. 1. notabili 4. Garronis ibi, in noua editione. num. 38. & 42. Sed merito Decius ea. l. 1. num. 10. notabili 8. hoc improbat. Quia quod in fine illius legis dicitur de coniunctis ultra tertium gradum, expressè est de successione ab intestato. Et vbi sermo habitus est de relictis in testamento, indistinctè dicitur eam viduam esse incapacem.

Quarta pena est. Priuatur mulier infra annum luctus nubens omnibus relictis à viro priorj in suprema eius voluntate, ac priuatur non tantum quoad proprietatem, sed etiam quoad vsumfructum. Vt constat ex l. 1. C. de secund. nupt. ibi: *Eis etiam amittendis, quae maritus suprema voluntate reliquerit*. Vbi eum absolute dicitur ea amitti, manifestum est, perdi quoad proprietatem, & vsumfructum. Quamvis dum nubit post annum luctus, solam proprietatem retento vsufructu perdat: & hoc extatibus filijs prioris matrimonij (vt dicemus disp. 89.) Constat etiam ex l. 3. tit. 12. part. 4. ibi: *Do ue de perder las arras, e la donacion que le hizo el marido finado, e las otras cosas que le hubiesse dexado en su testamento, e deuen las de auer los hijos que sincaren del: e si hijos non dexare, los parientes que huieren de heredar lo suyo*. Et ita docet Glossa auth. eisdem penis. verb. priuatur. C. de secund. nupt. Baldus dict. l. 1. num. 6. & ibi Decius num. 15. notabili 13. Garronis ibi, in noua editione. num. 65. notabili 11. Paulus à Montepico. l. Titia. §. Titia eum nuberet. quaest. 64. num. 166. ff. de legatis. 2. Surdus de alimentis. tit. 7. quaest. 22. num. 14. Atque ad horum relictorum successione vocantur illa. l. 1. heredes ab intestato. Et docet ibi Glossa. verb. suprema, haec posse ab illis vendicari. Quare iuxta dicta num. 8. nisi haec lex esset iure canonico correpta, nulla exigeretur sententia, vt vidua haec amitteret, sed ipso iure teneretur restituere.

Intelligitur autem haec pena etiam de acceptis titulo donationis à priori viro: ea enim omnia perdit mulier transiens ad nuptias intra annum luctus. Et constat ex ratione, quam num. 4. tradidi. Quod apertis verbis deciditur. l. 3. Regia citata. non precedenti. Et docet Gloss. l. 1. verb. suprema. C. de secund. nupt. & ibi Cynus. nu. 3. q. 3. Albericus. nu. 3. Salycetus. nu. 5.

Perdit

12 Perdit etiam haec mulier sponsalitiã largitatem. l. 2. C. de secund. nupt. Sed ad hoc exigitur sententia. Quia textus solum dicit, *amittat*. Quod est verbum futuri. Et ita tradunt Glossa ea. l. 2. verb. *amittat*: & ibi Cynus q. 1. Baldus in principio. vers. tertio dicit. Salycetus ibi. nu. vnico. Azosumma. tit. de secund. nupt. nu. 2. fine, dicens forte ita esse.

13 Sed temperanda est haec pena, vt intelligatur de solis acceptis à priori viro titulo lucratiuo: quae enim titulo oneroso ab eo capite, non amittit praedicta vidua. Quod d. l. 1. & 2. tit. de secund. nupt. & l. 1. regia 3. tit. 12. p. 4. de solis acceptis titulo lucratiuo loquantur. Ita Decius. l. 1. nu. 15. de C. de secund. nupt. Ioann. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 50. nu. 35. & l. 3. l. Tauri. nu. 36.

14 At ducentes viduam infra annum luctus non perdit relictis sibi à viro: quamvis ac indignus eis priuaretur, si illam cognosceret extra matrimonium. Quia. l. 1. C. de secund. nupt. hac pena solam viduam plethet, & vbi ducentem illa voluit comprehendere, vt in infamia, id expressit. Sic Garronis ea. l. 1. in noua editione. num. 77. quaest. 99. d. 133. p. 2.

15 Quinta pena est. Vidua intra luctus annum nubens non potest succedere ab intestato suis consanguineis ultra tertium gradum. Habetur expresse. l. 1. in fine. C. de secund. nupt. quare filio fratris non succedet ab intestato. Quia iam egreditur tertium consanguinitatis gradum, & est in quarto secundum iuris civilis computationem: quam in his rebus civilibus, & successione seruanda esse tradidimus hoc libro, disput. 50. nu. 8. Et docent Baldus ea. l. 1. nu. 8. Decius. nu. 20. notabili vltimo. Garronis in noua editione. num. 103. notabili 17.

16 Vltima pena est. Tenetur dare medietatem bonorum filijs prioris matrimonij. Habetur. l. si qua mulier. 4. C. ad senat. consul. Tertul. Et §. p. n. si quidem, authent. de nupt. collat. 4.

17 Nec excusatur ad his penis vidua intra annum luctus nubens, ratione minoris aetatis. Quod. l. 1. C. de secund. nupt. eas penas indicens loquatur generaliter, nec in malis moribus minori subuenitur. Ita Baldus ea. l. 1. paulo post principium, & ibi Decius. nu. 2. & 21. Et ibi Garronis in noua editione. nu. 5. notabili 1.

18 Sed dubitatur 1. An ex pena incurran-

tur, si matrimonium contingat, esse nullum? Et quidem vbi matrimonium prius irritum fuerat, censetur eas penas minime incurri. Quod offensa nulla priori legitimo matrimonio illata sit: non enim illud erat legitimum. Item quia secundum matrimonium legitime contracta pena non est dignum. Quod enim legitime factum est, non meretur poenam. l. Gracchus. C. ad l. Iuliam, de adult. Et tradit Ripa alios referens rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione. nu. 14. vers. sed de alio dubitari potest. Et idem existimo vbi vtrumque matrimonium esset irritum. Nam cessat offensa veri prioris viri. Cum is talis non esset. At quando primum matrimonium validum fuit, posterius autem irritum, non constat inter Doctores. Albericus l. femina. 8. n. 5. ff. de senatoribus, sic distinguit. Si femina illa impedimenti ignara secundo nupserit, non incurrit. Quia vitiosè factum videtur non fuisse. l. quorties. ff. qui satisfacti coguntur. Nec praestat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. Regula non praestat, de regul. iuris. in. 6. Secus si conscientia. Ne melior sit conditio feminae delinquentis. Contra. l. non solum. ff. de noxal. Idem sustinet Iacobus de Rauennas per Albericum allegatus. At Garronis. l. 1. in noua editione. C. de secund. nupt. nu. 10. notabili 3. dicit incurri has penas consummatis secundis nuptijs, quamvis irritae sint, ac ignorato impedimento contracte. Quod iam priori viro iniuria sit irrogata. Sed quidquid sit in foro externo, in quo prior sententia vtilis mihi placet: at in foro conscientiae credo non incurri penas has, etiam si scienter id posterius matrimonium sit initum, & consummatum. Quia non futuram meliorem delinquentis conditionem, spectat ad delicti poenam: quae in foro conscientiae ante iudicis sententiam non ligat. Nec ratione fornicationis admittitur in illa consummatione incurritur, nisi praecedenti iudicis sententia. Vt disput. 90. nu. 11. dicemus.

Secundo dubitatur. An incurrantur, si matrimonium non sit consummatum: Ripa rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione. num. 16. & 17. verb. ex his resultat, ait minime euitari eas penas, licet prius coniugium consummatum non fuerit. Quod non sola turbatio sanguinis, hoc est, incertitudo viro ex matrimonio nascetur proles, est causa harum poenarum: sed etiam despecta coniugis defuncti reuerentia.

qui

qui tam velociter de honestate est. Nec obstat reici conditionem abstinendi à secundis nuptijs, vbi primæ consummata non sunt. Id enim intelligitur de perpetua abstinentia: sicut ad tempus, vt ad annum luctus. At tendendum est non incurri, quādo prius matrimonium non fuit consummatum. Quia. l. i. c. de secund. nupt. supponit matrimonium prius consummatum esse, ibi. *Nuptiarum festinatione*: Et paulo inferius, *is etiam amittit, qui prior maritus*. At in odiosis, ac penalibus, nomine nuptiarum, matrimonij, ac mariti, solum matrimonium consummatum, & vir qui consummatum, comprehenduntur. (vt probauit lib. i. disput. 1. nu. 3.) Idem probatur ex. l. vxores. 9. ff. de his qui notantur infamia, ibi, *Sponsi nullus luctus est*. Vbi Glossa verb. sponsi, dicit posse intelligi, vt sponsus non sit necesse sponsæ mortem lugere, nec e contra. & l. solet. 10. ff. eodē. tit. ibi, *qua virum eluget, intra id tempus sponsam suis se non nocet*. Et quamvis Glossa ibi. verb. sponsam, explicet per verba de futuro. At l. regia. 3. tit. 12. p. 4. id explicuit de sponsa de presenti, ibi. *Pero la muger que fuisse desposada, si el esposo muriese ante quel matrimonio fuisse cumplido, puede casar sin pena, quando quiere*. Et idem hanc partem sustinent Decius. l. i. nu. 4. c. de secund. nupt. Et ibi Garronis in noua editione. num. 7. notabili. 2. & rubrica, c. eodem. tit. nu. 7. Antonius Gabriel tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclusionē 5. num. 8. Imò nec incurrit has pœnas vidua, quæ prius matrimonium consummatum, posterius autem minimè. Quia. l. i. c. de secund. nupt. dicit, *nuptiarum festinatione*. Nuptiarum autem nomine in hac materia penali solæ consummata clauduntur. (vt proximè dixi.) Non ergo incurret has pœnas vidua, quæ posterius matrimonium non consummatum. Propterea, quia Albericus. l. fœminæ. 8. num. 4. ff. de senatoribus, vbi statuitur viduam retinere dignitatem prioris viri, quamdiu inferiori non nupsit: ait non extendi ad sponsam de presenti. Et ita docent Garronis ea. l. i. nu. 8. notabili 3. & ibi Decius nu. 4. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 6. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. vbi de matrim. c. 41. columna 3. Et idem dicendum est, si posterius coniugium intra luctus annū initum, post illum consummetur. Quia nuptiarum festinatio, quæ his pœnis subijcitur, deficit. Nō enim dici possunt nuptiæ illæ initæ intra annū,

cum eo tempore consummata nondū sint: nec plenè est iniuria priori viro irrogata: nec incertitudo vtro ex matrimonio sit ples, subsequi potest. Et ita docet Garronis ibidem.

Id demum monuerim, has pœnas fœminæ secundò nubenti intra annum luctus statutas, non afficere viduam intra annum secundam vxorem ducētem. Quod maior honestas exigatur in fœminis, quam in viris: nec hi vxores lugere compelluntur. l. vxores. ff. de his, qui notantur infamia. Itē quia. l. i. c. de secund. nupt. & l. si qua mulier. C. ad senat. consul. Tertul. vbi pœnæ hæ imponuntur, est sermo de muliere. Et tandem id constat ex. §. primæ siquidem, auth. de nupt. collat. 4. ibi, *Sed viri quidem ibant omni obseruatione secuti*. Et ita docent Host. summa. tit. de secund. nupt. n. 5. vers. sic vidistis. Angelus auth. de non eligendo secundò nubentes. §. quia verò. nu. 15. Nicolaus Arelatanus. l. generaliter. nu. 8. q. 1. C. de secund. nupt. Ripa. l. fœminæ, in principio. q. 1. n. 2. in noua editione. C. eodem. tit. Garronis multos referēs. l. i. c. eodem. tit. in noua editione. nu. 4. notabili. 1. Et ibi Decius. n. 1. Boerius decif. 187. columna finali. nu. 2. Tiraquel. l. boues. §. hoc fermonē, in principio. nu. 159. ff. de verb. signific. Acosta. l. cum tale. §. si arbitratur, in fine. nu. 33. ff. de cond. & demonstrat. Tello l. 15. Tauri. nu. vnico. Anton. Gabr. tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 5. nu. 7. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 4. glossa 3. nu. 1. & alij, quos hi referunt.

S Y M M A R I V M.

An hæ pœna correctæ sint iure canonico. *Respondetur duplex sententia. nu. 21. & 20.*
Sunt correctæ iure canonico. nu. 23.
An attentio iure canonico, vidua intra annum luctus nubens priuatur omnibus que ex liberalitate viri ad ipsam peruenirent. nu. 24.
An priuatur hereditate viri, per secundas illas nuptias. nu. 25.
An correctæ sint hæ pœnæ, quando vidua eo anni tempore nubis, vt incertitudo fuisse possit, vtro ex viro sit proles. nu. 26.
An hæ pœnæ sint in solo foro canonico, & Ecclesiastico correctæ. nu. 27.
An corrigatur iure canonico, vt ea vidua renatur honorum mediocritatem seruare filijs prioris matrimonij. nu. 28.
An legatum per iuris coniugij relictum, sub conditione abstinendi à secundis nuptijs, debeat dici possunt nuptiæ illæ initæ intra annū,

re canonico: & qualiter correctæ ratione legis corrigatur lex: & an leges iuris cōmunis viu habent in Hispania. nu. 29.

An alimenta debeantur viduæ, dum ei non restituitur dos, & quid, si secundò nubat: sit q. iure canonico hoc correctum. nu. 30.

An vidua sint prestanda vestes lugubres, & tenentur secundò nubens eas restituere. 31.

An lectus quotidianus sit dandus coniugi superstiti, & qualis: sit q. restituendus à testamento ad secundas nuptias, & seruandus filijs prioris matrimonij: & ex quibus bonis extrahendus. num. 32.

Soluntur argumenta. nu. 33.

Questio posterior. An pœnæ hæ fœminis secundò nubentibus intra annum luctus statuta, sint iure canonico correctæ: Quia in re quidam cōsent solum infamie pœnam correctam esse. Quod ius canonicum cap. penultimo, & cap. finali, de secund. nuptijs, solum decidat huiusmodi fœminas non incurere infamiam lege statutam. Remanebunt ergo cetera pœnæ legales in pristino robore. Ita docent Cynus. l. i. fine. cap. de secund. nupt. Oldradus, Offredus, Iacobus de Arcino, vt eos refert, & sequitur Baldus ibi nu. 7. Lucas de Penna. l. mulieres. C. de incolis, lib. 10. columna 6. vers. contrarium tenet.

Alij verò placet, nullam pœnam esse correctam. Quia vbi non est quæstio de peccato, quod lex ciuili soneat, non est iuris canonici corrigere leges ciuiles. At nulla veritatis culpa in ijs pœnis statuendis: imò iustissima ratione arcetur fœmina à tā celeri transitu ad alias nuptias, ac consuevit certitudini prolis. Et confirmatur, quia ius ciuile non punit secundas nuptias, nec eas damnat, sed nimiam festinationē. Secundò, quia. l. i. c. de secund. nupt. infamiam inducens his fœminis, est iure canonico approbata. Cum in Decreti canonico locata sit, in fames, ad finē. 3. q. 7. Sic sentiant Glossa. l. decreto. verb. cōtrahere. C. ex quibus causis infamia irrogetur. Et ibi Paulus in fine. Iacobus Curtius lib. 3. coniecturalium. c. 9. Et Glossa aliquantulum dubitauit, eum secundum verb. certo, de hæret. in 6. nam quasi dubitans dixit fortè eas pœnas correctas esse.

Cæterum verissima sententia est, pœnas has fœminæ secundò nubenti intra annum luctus statutas, corrigi iure canonico: atq; adeo posse impunè ad secundas nu-

prias viduam transire quocumq; tempore. Probatur ex. c. finali, de secund. nuptijs, vbi quamuis textus solius infamie mentionem fecerit: ratio, quam reddit, amplectitur omnes pœnas, ibi. *Non debet legalis infamia sustinere iacturam, qua licet post viri obitum, infra tempus luctus, scilicet vnus anni spatium nubat, concessa sibi tamen ab apostolo viduæ facultate*. Cum ergo hæc ratio æquè militet in omnibus pœnis illius anni luctus, ceterus ius canonicum omnes illas abolere: non enim æquitatis canonica patitur, vt mulier rem licitam faciens, ac iure suo vtens puniatur. Insuper consulere voluit libertati matrimonij, ac iuri ad illud transeundi, ad secundas carnis illecebras, vitandamq; incontinentiam. Possent enim accidere vt vidua carnis tentationibus vexata, passim illis succumberet, non audens intra illum annum nubere, timore pœnarum. Et idem hanc sententiam sustinent Glossa. l. i. verb. honorarias. C. de secund. nupt. & ibi Bart. fine. Additio ad Glossam. l. decreto 19. verb. cōtrahere, in fine. C. ex quibus causis infam. irrog. vbi Baldus in fine. Idem Bart. l. liberorum, in fine principi. ff. de his, qui notantur infamia. Et auth. de nuptijs. collat. 4. §. primæ siquidem nu. 2. Idem Baldus. d. l. liberorum. §. & si talis nu. 3. & l. si qua mulier, in fi. C. ad senatus consult. Tertul. Goffredus summa tit. de secund. nupt. nu. 3. 4. & 5. Innoc. c. finali. nu. vnico, de secund. nupt. & ibi Host. nu. 2. & 3. Ioan. Andr. nu. 5. Antonius num. 2. Cardinalis nu. 1. q. 1. Abbas nu. 3. Anchar. nu. 9. q. 2. & nu. 10. q. 3. fine. Alexander de Neuo. nu. 12. & 13. Enricus nu. vlti. Præposit. nu. 3. colum. penultima. Idem Anton. c. 1. de sponsal. nu. 12. Idem Anchar. repetitione. c. canonum statuta. nu. 55. vers. iuxta prædicta accedat, de cōstit. Et consil. 17. ex prædicto themate, in principio. Dominicus. c. placuit, columna 2. d. 3. 2. Albericus. l. i. fine. C. de secund. nupt. & ibi Salycetus fine. Angelus de Perusio. auth. de non eligendo secundò nubentes, in principio. nu. 6. & l. si qua mulier. nu. vnico, & repetit. l. mater. n. 4. C. ad Tertul. Corneus ea. l. si qua mulier. nu. 1. & ea. l. mater. nu. 2. Socinus regula. 272. fine. Romanus consil. 182. nu. 1. Decius rubrica. c. de secund. nupt. nu. 6. Ripa eadem rubrica, in fine. Garronis. l. i. in 2. editione. nu. 133. c. eodem. tit. & ibidem auth. eisdē pœnis. n. 11. Nicolaus Arelatanus. l. generaliter. q. 5. n. 20. c. eodē. tit. & in suis responsis, respō. 1. n. 3.

Bertachinus in suo dictionario, litera V. verb. vidua nubens infra annum luctus. Baptista de sancto Blasio in repetitione rubrica decreti. num. 64. Gulielmus Bened. c. Raynuntius, de testam. verb. & vxorem, de iur. s. vbi de successione ab intestato. nu. 90. Sylua nuptialis lib. 2. verb. diuiti non est nubendum. n. 78. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato p. 2. n. 8. Bolegninus in addit. ad Mattheu Syllanum de success. ab intestato, art. 2. in principio membro. 1. num. 31. Boerius de iur. s. 186. nu. Anton. de Rosellis de success. ab intestato nu. 194. (habetur tom. 8. tractatum. p. 1.) idem Bologninus addit. ad consilium p. 4. Anaia, in fine. Capra consil. 70. nu. 10. Nouellus de dote. p. 6. priuilegio 16. nu. 6. Berouius consil. 32. nu. 13. volum. 2. Rebuffus 1. tomo constitutionum regiarum. tit. de constitut. in proemio, glossa 5. nu. 66. Brunellus de sponsal. conclus. 19. nu. 6. Montalio libro 3. fori. tit. 1. l. 13. verb. pierda Rolandus consil. 86. nu. 45. volum. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 5. & 6. Gregor. Lopez 1. 3. verb. fasta vn año. tit. 12. p. 4. Acoita. c. si pater. verb. legauit. nu. 34. de testam. in. 6. Villalobos in commun. opin. littera B. nu. 28. Iulius Clarus lib. 3. receptorum. §. stuprum. nu. 6. Tello. l. 5. Tauri. nu. 19. Anton. Gabriel tomo 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 5. nu. 1. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. nu. 187. Minchaca de successione progressu. lib. 3. §. 27. nu. 29. Sarmiento lib. 1. selectarum. c. 4. nu. 4. Valasco consil. 16. nu. 3. tomo 1. Perez lib. 5. ordinamenti. tit. 1. l. finali. folio 53. vers. est tamen inquirendum. Guierrez. l. nemo potest. nu. 19. ff. de legat. 1. lib. 2. practicarum. q. 95. nu. 5. Surdus de alimentis. tit. 7. q. 22. nu. 15. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. Glossa 1. nu. vnico. & Glossa 2. nu. 1. & nu. 44. & tit. 9. l. 5. gloss. 8. nu. 5. Azebedo ea. l. 3. nu. 1. & 2. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. vltimo verb. abolita. Spino speculo testam. gloss. 14. principali. nu. 99. Zuallos in suis. q. practicas. q. 742. nu. 2. Et ex Theologis. Paludanus 4. d. 42. q. 3. art. 1. conclus. 6. nu. 10. Ludou. Lopez 2. p. instructorij, vbi de matrim. c. 4. columna 3. Et hæc sententia decisa est in hoc Regno. l. 3. tit. 1. lib. 5. noua recopil.

24

Hæc tamen sententia temperatur à quibusdam, vt intelligatur de cæteris penis præter quartam relatum. num. 10. illa enim

non corrigitur iure canonico: ac proinde vidua infra annum luctus nubens amittit antenuptialem donationem, & omnia, quæ ex liberalitate viri ad ipsam peruenerunt, siue donatione inter viuos, siue legato. Per auth. de rest. & ea quæ parit §. finali. Et ratio est, quia cum virum suum ita velociter dehonestaret, iure optimo ac viro ingrata perdit ab ipso liberaliter accepta. Præterea, quia donatio facta à marito vxori, continet tacitam conditionem, ni transeat intra luctus annum ad secundas nuptias. Quilibet enim in dubio censetur disponere iuxta leges: vnde cum facta sit sub hæc conditione, non suspensiva, sed resoluitiva, non dicitur pari detrimentum, quando per secundas nuptias vidua illam perdit: sed tantum non acquirere lucrum. Ita videtur tenere. Glossa cap. finali. verb. legalis, de secund. nupt. licet variet. (vt ibi aduertit Abbas. nu. 3.) sed expressè tenent Alensis summa 2. p. lib. 8. tit. 32. art. vnico. q. 4. Antonius de Burgos in repetitione. c. Ecclesia, de constitut. nu. 267. 272. A tenendum est, eam quoque penam esse correctam: cum similiter tollat matrimonij libertatem: nec iure aliquo probatur eam tacite inesse conditionem tali donationi absolute factæ à viro. Nec censetur vir disponere iuxta leges, quæ iam iure canonico sunt abolitæ. Et ita hæc partem videntur sustinere omnes alij. nu. præcedenti allegati, cum absolute, & generaliter tradant penas anni luctus correctas esse. Et in proprijs terminis docent Federicus consilio 3. l. casus talis est. Anton. Host. Anchar. eo. c. finali. nu. 9. Abbas, Couar. Antonius Cucus. nu. 189. Surdus nu. 14. & 15. Perez eo folio 53. verb. ex qua doctrina, Ludouicus Lopez nu. præcedenti relati. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. glossa 1. nu. vnico. & ibi Azebedo nu. 1. Garronis. l. 1. in noua editione. nu. 67. C. de secund. nupt. Vnde inferunt Garronis, Coua. Antonius Cucus, Matienzo, Azebedo, Ludouicus Lopez, hæc viduam nubentem infra annum luctus, nec perdere proprietatem, nec vsum fructum relictorum à viro. Quod intellige, nisi habeat filios ex priori matrimonio. Tunc enim amittit proprietatem, & tenetur eam referuare filiis illis. (vt bene aduertit ibi Azebedo nu. 2. Et latius dicemus disput. 89. nu. 2.) Sed hoc non est eod quod sit pena infra annum luctus nubentis: sic enim & proprietatem, & vsum fructum amitteret, licet nullus filios haberet: (vt num. 10. diximus.)

sed

sed priuatur sola proprietate, retento sibi usufructu, non in penam festinat matrimonij, sed perinde ac si post annum luctus nuberet, in fauorem filiorum prioris matrimonij.

25 Hinc deducitur, quid sentiendum sit, quando vxor instituta hæres à marito nupit intra luctus annum? Alexander addit. ad Bartolum. l. 1. verb. si qua mulier. C. de secund. nupt. varia refert consilia Baldi, & Angeli ad remittentem eam priuari hæreditate, tanquam ingratam, & offendentem maritum. Cui sententia & ipse videtur adhærere, cum eam minimè improbet. At optimè ab his recedit Garronis. l. 1. nu. 84. & sequentibus; in noua editione. C. de secund. nupt. late defendens eam non priuari. Quia cum hæc pena sit correctæ iure canonico permittenti impunè eas nuptias, non potest dici ingrata, nec offendens virum. Præterea, quia hoc expressè volunt Authores, nu. præcedenti relati. Quamuis enim de legatis agant: fortior ratio est in hæreditate: illa enim sola tacita testatoris voluntate reuocatur: hæc autem minimè. l. ex parte, cum ibi notatis. ff. de adim. legat. Tandem, quia non debet vna via permitti, quod alia est prohibitum. l. scire oportet. §. 1. ff. de tutor. & curator.

26 Secundò temperant alij prædictam sententiam, vt sint correctæ pena viduæ nubentis intra annum luctus, nisi ea anni parte nubat, vt mentò dubitari possit an prioris, an posterioris viri sit proles: tunc enim omnes incurrit. Quia tunc verè delinquit in prolem. ita sustinent allegatis Paulo de Liara, & Rainerio de Forliuio, Baldus. l. liberorum. §. & si talis. nu. 3. ff. de his qui notantur infamia. Et. l. 1. fine. C. de secund. nupt. Anchar. repetitione cap. canonum statuta nu. 5. vers. iuxta prædicta accedat questio. de constitut. & cap. finali. nu. 9. q. 2. fine. de consil. & c. cum secundum leges, in fine, de hereticis. in 6. Cornuus consil. 21. nu. 20. volum. 1. Sylua nuptialis, lib. 2. verb. sèni non est nubendum. num. 47. vers. aduertat igitur. Brunellus de sponsal. conclus. 19. nu. 6. Et Abbas statim allegandus dicit videri prima facie opinionem hæc valde probabilè. Et Greg. Lopez. l. 3. verb. fasta tit. 12. p. 4. dicit esse multum æquam, ac rationi consonam. Verum tenendum est etiam in hoc casu correctas esse. Quod textus. c. finali. de secund. nupt. decidat liberam concedi facultatem viduæ transfundi ad alias nuptias infra annum luctus. Ergo

correcta est in qualibet anni parte: & proinde cum mulier à principio licitè nubat, non debet ei nocere futurus euentus incertitudinis prolis. Et ideo hæc partem tenent Glossa. d. l. liberorum. verb. collocare, in fine. Goffredus summa tit. de secund. nupt. nu. 5. Ioann. Andr. cap. finali, in fine, de secund. nupt. & ibi Anton. nu. 6. Abbas. n. 3. Alexander de Neuo nu. 12. fine. & 13. Idè Abb. c. Ecclesia. nu. 15. de constitut. & repetitione eiusdem. c. nu. 20. Aretinus ibi, ad finem. Felinus nu. 57. fine, in 2. declaratione. Couarr. 4. decret. 2. p. 3. §. 9. num. 5. Gregor. Lopez. l. 5. fine tit. 3. p. 6. dicit esse tutiorem: & d. l. 3. verb. fasta, dicit fortè esse se probabiliorum. Antonius Gabriel tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 5. nu. 6. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. finali. folio 53. vers. ex qua doctrina. Ludouicus Lopez 2. p. instructorij, vbi de matrimo. cap. 41. columna 3.

27 Tertio alij temperant, vt correctæ sint hæc pena quoad fori Ecclesiasticum, seu quoad seculare, in quo seruanda est legum hæc penas statuentium discussio. Sic Cynus. l. 1. q. vltima. C. de secund. nupt. Sed contrarium est verissimum, nempe, in vtroque foro sublatas esse. Quod clarè probat textus. cap. finali. de secund. nupt. ibi. Non debet legalis infamia sustinere iacturam. Ergo vidua illa nec quoad fori ciuile erit infamis. Nam aliàs non esset sine iactura. Idem probat id. c. finale, in fine, dum ait leges nõ dignari imitari sacros canones. At non imitentur, si in foro ciuili hæc esset infamis. Et ita docent Glossa eo. cap. finali. verb. legalis, & ibi Ioan. Andr. nu. 5. Alexander de Neuo nu. 12. Enricus nu. vltimo. Astenfis 2. p. summa, lib. 8. tit. 32. art. vnico. q. 4. Couar. Perez nu. præcedenti al legati. Surdus de alimentis tit. 7. q. 22. n. 15.

28 Tandem possit quispiã temerare quoad sextam penam relatum nu. 16. & existimare eam non esse correctam, ac proinde teneri eam viduam referuare filijs prioris matrimonij medietatem bonorum. Quod ea pena decidat in filiorum fauorem: sic & viduam amittere proprietatem acquisitorum à marito, & referuari filijs. Sicut ergo hæc pena non est correctæ, ita nec illa. At dicendum est correctam esse. Quia hæc pena non est principaliter indicta in fauorem filiorum, sed in odium festinationis nuptiarum: & proinde eis contractis post annum luctus, minimè incurritur. Quod non contingit in referuatione proprietatis bonorum

M m

filijs.

filij. Et ideo hanc sententiam dicit forte esse veram; Glossa finalis cap. ultimo 2. q. 3. & tenet expresse Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione nu. 128. in 5. remedio. & l. i. nu. 106. Et videntur tenere Doctores omnes num. 23. relati. dum generaliter tradunt penas anni lucus esse correctas.

29 Ex dictis deducitur. l. decisio eius que rationis, an iure canonico correctata sit decisio auth. cui relicta. C. de indita vidui. collen. d. & auth. de nupt. §. quae verò vers. vnde facimus: vbi deciditur legatum relicta alterutri coniugi ab altero, vel à quocunq; extraneo, sub ea conditione, si ad secundas nuptias non transierit, minime posse intra annum peti, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum verò posse peti praestita cautione de re eius fructibus restituenda, si conditioni paritum non fuerit. Qui annus numerandus est à die mortis testatoris, quicunq; sit ille, & non à die festivitatis mortis. Vt bene tradunt Baldus ea auth. cui relicta nu. 12. cum Glossa ibi verb. intra annum, & Iacobus de Bellouiso ibi. A costa. l. cum tale §. si arbitrato, in fine nu. 34. ff. de condit. & demonstr. Et quidem videtur ea decisio iure canonico correctata. Quod ratio illius decisionis sit, vt tradunt ea authent. cui relicta, Oidradus, & Albericus nu. 1. Iacobus de sancto Georgio nu. 3. Paulus nu. 4. quia intra id anni tempus, potius à secundis nuptiis abstinere censetur vidua metu penarum, quas incurrit. l. 1. C. de secund. nupt. quam vt pareat voluntati defuncti. Quod si hæc esset legitima eius decisionis ratio, manifestum esse (vt docet A costa, d. §. si arbitrato, in fine nu. 31. & duplici sequenti,) correctam esse eam decisionem. Cum enim attentio iure canonico possit vidua impunè nubere intra annum lucus: ac proinde correctata sit ratio. d. Authentice circa anni dilationem, censetur quoq; decisio illius correctata: ac proinde integrum erit viduæ statim id legatum exigere, eiusq; fructibus potiri. Correctata enim legis ratione, eius quoq; decisio ablata censetur. Vt docent Glossa. l. 1. verb. prohibentia. ff. de legitimis tutor. Alexander. l. 1. nu. 6. vers. vnum tamen. ff. solut. matrim. vbi & alios refert. Iason. l. quod dictum. nu. 3. ff. de patris. At ea non est ratio huius decisionis. Nā ibi idem decernitur de viro, cui vxor, vel extraneus reliquit sub prædicta conditione, & tamen vir aliud iniens matrimonium intra annum

intra annum lucus, nullis afficitur penis. (vt. n. 20. probauimus) nec respectu extra nei testatoris sunt aliaque pena statuta: viduæ transeunt ad alias nuptias intra annum à morte illius: Cum tamen eo tempore non possit petere id legatum, vt ibi dicitur. Quare dicendum est, eam decisionem non esse iure canonico correctata. Quia hoc non imponitur in penam festini transitus ad secundas nuptias, nec rationem aliquam pena induit, cum nulli iuris civilis prohibitioni aduerferet, viduum intra annum lucus secundam vxorem ducere, & nec viduum vel viduam intra annum à morte extranei testatoris. Solæ autem pena iuri civili inducitur in odium accelerationis nuptiarum corrigitur iure canonico. (vt diximus nu. 23.) Atq; ita Albericus, Baldus, Paulus, Iason. d. Auth. cui relicta, & ceteri scribentes ibi non meminere huius correctionis: quod non obcurum signum est, nõ esse correctam eam decisionem. Et ita sustinet Garronis rubrica. C. de fecid. nupt. in noua editione, post. 9. penam. nu. 22. Et id supponit A costa. d. §. si arbitrato, in fine nu. 34. id etiam supponit Paulus à Montepico. l. Titia. §. Titia cum nuberet q. 64. nu. 167. ff. de legat. 2. & Mantica de coniectur. vl. volunt. lib. 1. tit. 19. num. 3. dicentes id legatum non posse peti intra annum. Si enim id correctum esset iure canonico, posset utiq; statim mortuo testatore peti. Sed in Hispania posset alia ratione contendere, legatum hoc statim mortuo testatore deberi. Quod leges imperatorum in ea non vigeant, nisi quatenus imperatio naturali innituntur. l. 1. regia Tauri, & l. regia. 6. tit. 4. p. 3. Et late agit de hoc Burgos de Paz in proemio legum Tauri. nu. 3. Cum ergo hæc decisio. d. Auth. cui relicta, ratione careat: (vt testantur ibi Baldus nu. 12. & A costa. d. §. si arbitrato, in fine nu. 35.) & sit contra mentem testatoris, qui nullum tempus ad legatum præstandum desinans, censetur velle statim conferri, in Hispania vim non obtinebit: ac subinde statim debebitur id legatum. Et in hanc partem inclinat ibi A costa nu. 35. Sed dicendum est, seruandam esse prædictam decisionem etiam in Hispania, & iuxta illam iudicandum. Quia quamuis leges iuris cæsarici quatenus ab imperatoribus editæ sunt, & responsa Iurisconsultorum in libris. ff. contenta, vt illorum responsa sunt, non habeat vim legum in Hispania: at vim legum obtinent, quatenus consuetudine

huius regni vt leges receptæ sunt. Quod vel praxis ipsa testatur, quondam enim passim in tribunalibus regijs vt leges allegantur: nulliq; iudices sententiam ferunt, nisi iuxta illas, vbi iure regio non corrigitur. Quod late probant Burgos de Paz. l. 1. Tauri, à nu. 530. vsq; ad 566. Pinellus rubrica. C. de bonis matern. par. 2. num. 12. Cifuentes. l. 3. Tauri. num. 3. Antonius Gomez. l. 1. Tauri. initio. Molina tom. 1. de iust. & statu 2. disput. 176. fine. Vnde legatum sub conditione viduitatis seruandæ, viduo, vel viduæ à quocunq; relicta, minime debebitur: etiam in Hispania, nisi transacto anno à testatoris morte: iuxta decisionem. d. Auth. cui relicta. nisi deficiente nuptiarum spe: vt ibi dicitur. Vt si viduus sub tali conditione institutus, ad sacerdotium transeat. Vt expresse dicitur auth. de nuptijs, §. quæ verò vers. vnde facimus, collat. 4. vbi Glossa verb. sacerdotij, ait idem esse, si ad ordinem sacrum transeat: vel si mulier sub ea conditione legataria, fiat monialis, vel aliter voueat continentiam. Et. d. Auth. cui relicta verb. deficiat, ait Glossa, vt si vidua monialis efficiatur, aut conuerfa, aut vir sacerdos. Et opponunt Paulus ibi num. 4. Iason. num. 6. posse eam viduam post professionem egredi, & de facto nubere. Et respondent id spectandum non esse, vt nihil ad rem faciens, at si id eueniret, priuandam esse viduam legato illo, tanquam conditioni viduitatis minime parentem. Nec melioris conditionis sit delinquens, quam quæ legitime nupit, ac in nullo deliquit. At credo hanc non teneri restituere, donec condemnentur. Vt dicam disput. 91. num. 42.

30 Secundo infertur, quid sentiendum sit, circa correctionem opinionis communis sententias alimenta debita viduæ ab hæredibus viri, primo anno à morte viri, quo dotem consistentem in pecunia, aut alijs rebus mobilibus non restituunt, pro vt possunt, non deberi, si intra eum annum lucus nubat. Quod sustinent dicentes viduæ iam nuptæ intra annum lucus non deberi ex tunc alimenta, nec eam dotem restituendam donec labatur annus à morte viri, Iason. §. fuerat. num. 25. in fit. de action. Garronis rubrica. C. de secundis nupt. in noua editione num. 39. pena 17. Prætica Ferrariensis in forma libelli quo vxor agit ad dotem. vers. ac etiam alimentata Rebuffus constitutionibus regijs, to-

mo. 1. tit. de sententijs provisionalibus, art. 3. num. 13. sine. Couar. citato Cyno. 4. decretali. p. c. 3. §. 9. num. 9. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. num. 160. Marienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. glossa 2. num. 34. Azebedo eadem. l. 3. num. 6. & 7. Surdus de alimentis tit. 7. q. 22. num. 9. Molina tom. 2. de iustitia, tractatu 2. disput. 322. columna antepenultima vers. interim dum vxor Ludouicus Lopez 2. part. instructorij, vbi de matrim. cap. 41. columna 4. Cuius ratio est, quia hæres mariti solam tenetur ad alimenta eo tempore viduæ præstanda, quando vidua ita pauper est, vt aliunde alimenta non habeat. At vbi secundò nupit, adest vir, cui eam alere incumbit: ac proinde cessat obligatio hæredum viri. Ex qua ratione colligitur, si vir secundus ita egeat, vt vxori alenda non sit, minime eximi hæres viri ab ea obligatione vel dotem prædictam statim restituendi, vel præstandi alimenta eo priori anno, quo dotem restituere non tenentur. Quod ratio ob quam ea obligatio extinguenda erat, non deficiat. Atq; ita docent Couar. Antonius Cucus, Marienzo, & Azebedo, Molina ibidem. Ad dunt Rebuffus, & Surdus proximè allegati, quamuis secundo marito habente vnde alatur vxorem, extinguatur ius ad petenda alimenta residui illius anni, quo dos non restituitur ab hæredibus, posse tamen vxorem petere id, quod interest ob retardatam dotis solutionem: iuxta cap. salubriter, de vsuris. At hoc non approbo. Quia tantum tenentur ad id, quod interest, quando in mora sunt hæres non restituentes dotem tempore, quod solutioni destinatum est, ac inde mulier patitur dampnum lucri cessantis, aut damni emergentis: instar aliorum debitorum, qui eibus detrimeti causa sunt, dilata iniuste debiti solutione. Vt tenet frequentior ac verior sententia, quam referunt & sequuntur Couar. 3. var. cap. 1. num. 3. vers. sexto. Valascus consil. 8. num. 4. volum. 1. Cum ergo hæres viri non teneatur eo anno prædictam dotem restituere, non ipsis imputabitur culpa, quod non restituant: vnde nec ad lucrum cessans, nec ad dampnum inde mulier emergens tenebuntur. Si tamen vir legasset vxori alimenta, tenebantur hæres ad ea præstanda, quamuis secundus vir diues esset. Quia tunc non debentur alimenta in subsidium, sed iure directio actionis. Sicut quamuis dos in rebus mobilibus con-

siſtens non poſſit peti intra annū: at quando à marito relinquatur in teſtamento, debetur ſtatim, vt legatum illud aliquid operetur. l. ff. de dote. prælegata. §. ſed ſi vxor, inſtit. ad. l. falciſſimam. Sic Sūsd. d. q. 22. num. 11. & 12. Dubitatur ergo an hoc ſit correſtū iure canonico: ac proinde non obſtante tranſitu viduæ ad ſecundas nuptias intra annum luſtus, teneantur hæredes viri illis anno, quo dote non reſtituunt, alimenta illi viduæ pauperi miniſtrare, petiendæ ac tenerentur, ſi ad ſecundas non tranſiſſet nuptias. Videtur enim id correſtū eſſe iure canonico: apparet enim pœna: ſubſtinationis nuptiarum eā denegatio alimentorum. Sed abſq; dubio dicendum eſt, id non eſſe correſtū iure canonico. Quod in pœnam inducitur, minimè ſit, ſed eod quod ceſſarit ratio obligationis præſtandi illi alimenta. (vt proximè diximus.) Atq; ita omnes Authores citati huius correctionis non meminere, quæſi manifeſtum relinquentes id correſtū non eſſe idq; expreſſe docent: Garronis rubrica. C. de ſecund. nupt. in noua editione, remedio 4. contra pœnas ſecundò nubentium. nu. 12. Anton. Cuchis lib. 5. inſtitutionum maiorum. tit. 12. num. 190. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſa 2. num. 19.

32 **Tertio** deducitur deſiſſio illius quæſtionis, an vidua inſta annum luſtus nubens, teneatur reſtituere veſtes lugubres ex ſubſtantiâ prioris mariti ſibi traditas: nec hoc iure canonico corrigatur? Quæ in re breuiter præmittendum eſt, quid iure civili circa hoc conſtitutum ſit. Quidam cenſent hæredes mariti teneri dare viduæ veſtes lugubres: & ſi ex ſint vilis præcij, & ad vſum quotidianum, eſſe tunc omnimò vxoris: ſi autem feſtiuæ, & magno valoris, non cenſeri eas donatas, ſed traditas vt ſeruiant honori mariti deſuncti: vt in alijs veſtibus traditis vxori à marito diſtinguunt communiter Doctores. Et ideo ſi mulier tunc nuberet, poſſe hæredes mariti tales veſtes pretioſas repetere: niſi conſuetudo regionis aliud obſtinuiſſet. Ita alijs citatis docent Ioann. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 8. Auendaño. c. preptorum 2. p. cap. 10. num. 13. ſine: quamuis enim hic non diſtinguat, ſine ne vilis, an pretioſa veſtes, ſed dicit veſtes lugubres datas viduæ, eſſe ab ipla dum ſecundò nubit, reſtituendas: at refert Ioannem Lupum loco prædicto, atq; ita videtur intelligere cum eius diſtinctione. At neuter di-

ſtinguit, nec explicat, an ad hanc reſtitutionem obligationem, deſideretur nuptias ſecundas eſſe intra luſtus annum. Sed Couar. alios referens 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 9. num. 10. Perez lib. 1. ordinam. tit. 1. 7. verb. veſtir de luto. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſa 2. num. 36. Gutierrez lib. 2. præſt. q. 95. à num. 6. vſq; ad 12. Ioannes Garcia de expenſis cap. 8. à num. 37. vſq; ad 41. Ludouicus Lopez 2. part. inſtr. d. orij, vbi de matrim. cap. 41. columna 4. dicunt teneri hæredes mariti dare viduæ veſtes viduales, ac lugubres, etiam pretioſas, attentâ regionis, & perſonarum qualitate: & ſi dederint caſu quo dare non tenentur, præſumi doſſe ei pro tempore viduitatis: nec viduæ incumbere onus probandæ conſuetudinis deſectendi hæ veſtes ex bonis mariti, ſed probandi ſolam conſuetudinem, qua viduæ hæſiſſe veſtibus ſolent lugere maritos. At ſi vidua intra luſtus annum nubit, teneri reddere hæ veſtes ipſis viri hæredibus, ſue ſtatim pretioſas, ſue vilis. Et teneri viduam nubentem reſtituere veſtes lugubres ſibi datas, docent etiam Queſada in ſuis quæſtionibus iuris. cap. 25. num. vltimo verſ. circa quas vrteſ. Antonius Cucus lib. 5. inſtitutionum maiorum. tit. 12. num. 190. Padilla. l. fidei commiſſum num. 12. C. de fidei commiſſ. Azebedo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. num. 8. Alij vt Vitalis, & Romanus, quos refert, & videtur ſequi Gregor. Lopez. l. 2. verb. las deſpenſas, ad finem tit. in part. 6. hæc enim ſententiam refert in vltimo loco, dicunt quando hæredes tenentur viduam alere, quia manſit prægnans, vel dos conſiſtebat in rebus mobilibus, nec reſtituitur ſtatim, & vidua eſt pauper, teneri ſimiliter hæredes ad veſtimenta lugubria: ſecus quando non tenentur ad alimenta: ſi tamen tunc veſtes ad quas non tenentur, dederint, & ſint vilis, eſſe omnimò vxoris: ſi verò ſint magno valoris, ceſſe tri ad vſum, & nõ animo donandi: ac proinde reſtituendas eſſe à vidua tranſeũdo ad ſecunda vota: & hæc, niſi aliud obtinuerit regionis conſuetudo: quæ omnimò ſeruan da eſt. Sed placet in hac controuerſia ſententia, quam multis citatis amplectitur Barbosa. l. quæ dotis 34. num. 81. & 82. ff. ſolutio matrim. vbi docet caſu quo hæredes tenentur viduam alere, teneri quoq; ad hæ veſtes præſtandas, ſecus autem non, niſi ad eam conſuetudo. Secundò air, non videri verù veſtes eas lugubres ſi ſint mo-

dici

dici præcij, ceſeri donatas: ſed ſic dicit diſtinguendum. Si hæres tenetur eas veſtes dare, eod quod tenetur eam alere, vel quia conſuetudo id induxerit, debent indiſtinguè remanere eæ veſtes apud viduam tranſeũt ad ſecundas nuptias. Quia cum hæres illas præſtans ſatiſfecerit propriæ obligationi, nil repetere poteſt. l. ſiquis pro vxore 22. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. penultima. ff. de impenſis. Item quia veſtes illæ alimentorum nomine continentur: l. verbo vitus. ff. de verb. ſignif. Sicut ergo alimenta ſemel præſtata non reſtituuntur, ita nec illæ veſtes. Si verò nõ tenebatur eas præſtare, cenſetur donasſe, & cum nulla conditio ſit expreſſa, ſemper retinebuntur per viduam tranſeũt ad ſecundas nuptias. Vel recurretur (inquit) ad diſtinctionem traditi, an ſint vilis, & quotidianæ, & tunc retinebuntur: an pretioſæ, & feſtiuæ, & tunc vidua ſecundò nubens intra annum luſtus eas reſtituet. Et in hoc euentu plus placet mihi hæc diſtinctio cū Authoribus citatis. His ergo præmiſſis dicendum eſt, caſum, quo vidua ſecundò nubens tenetur iuxta præmiſſa reſtituere veſtes lugubres, minimè eſſe correſtū iure canonico. Quod colligitur ex Doctores citatis, qui cuiusmodi correctionis non meminere. Et docent expreſſe Antonius Cucus lib. 5. inſtitutionum maiorum. tit. 12. num. 190. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſa 2. nu. 39. Et ratio eſt manifeſta. Quia hoc non ſtatuitur in pœnam ſecundarum nuptiarum, ſed quod in eo euentu cenſeatur veſtes illæ accommodatæ viduæ, dū in vita viduali permãſerit: quare ea ceſſante per ſecundas nuptias, expletur tẽpus cõmodati, ac proinde ſuccedit obligatio illius vero dño reddedi.

32 **Vltimò** inferitur, quid dicendum ſit de lecho quotidiano coniugi ſuperſtitii tradendo ex bonis deſuncti: an id procedat quamuis tranſeat ad ſecundas nuptias, ita vt tunc non ſit reſtituendus attẽto iure canonico corrigeti in hoc diſpoſitione iuris civilis? Præmittendum eſt, lechum quotidianum deberi vtrius coniugi ſuperſtitii, eumq; reſtituendum, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, iuxta lib. 3. fori regij tit. 6. l. 6. ibi. *ſi el marido à la muger muriere, el lecho que auian quotidiano ſingue al viuo, è ſi ſe caſare, tornen lo à particion con los herederos.* Atq; lechas hic quotidianus non intelligitur ſericus, vel pretioſus quo tempore matrimonij coniuges vtentur: ſed is qui ſtatui viduali conueniens eſt. Vt latè probat alijs relatis

Gutierrez lib. 2. præſt. q. 93. nu. 6. Et cõſtat ex doctrina Baldi, Angeli, Felini, Corſeti: & aliorum, quos refert, & ſequitur Menochius de præſumption. lib. 4. præſumptione 134. nu. 5. vbi dicunt lechum vxori per virum, non intelligi ſericum, ſed ſtatui viduæ competentem. Et hæc legem fori eſſe in vſu teſtantur Queſada in ſuis. q. iuris. c. 25. nu. vltimo verſ. circa quas veſtes, dicens iuxta illam pronuntiatum eſſe in regia cancellaria Pinciana, Aluaradus de cõſuetudina mente deſuncti, lib. 4. c. 2. num. 39. dicens iuxta illam de ceſſe eſſe in Regno Granatenſi Prætorio, de Gutierrez. dict. quæſt. 93. num. 5. Salazar in ſuo tractatu de vſu, & Stylo, capite ſecundo, in num. 28. Azebedo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. num. 19. Et tanquam receptam eam referunt dicentes quod iuxta illam ſicut vxor, quæ mortuo viro lucratur lectum quotiniam, perdit mediocratem ſecundò nubens, & reſtituit hæredibus viri: ita vir ſecundam vxorem ducens perdit illius mediocratem, ac reſtituit vxoris hæredibus, Ioannes Lupus. l. 15. Tauri. nu. 4. Caſtilo ibi, paulo poſt principium. Gomez Arias. l. 13. Tauri. nu. 2. Et eum eſſe reſtituendum dõ coniugi ſuperſtite tranſeũti ad ſecundum coniugium, tradunt etiam Queſada proximè allegatus. Perez lib. 1. Ordin. tit. 1. l. 7. verb. veſtir por luto. Molina tomo 2. de inſtit. tract. 2. diſp. 431. col. 9. & 3. tomo, diſputat. 607. columna 2. Ludouicus Lopez in ſuo inſtr. d. orio. l. 1. p. c. 176. columna 3. verſ. ſeſculus autem. Nec explicant tempus intra quod ſint futura ſecundæ nuptiæ, vt ſit ille lectus reſtituendus. Nec debetur hic lectus coniugi ſuperſtiti, ſi deſunctus non ſit ſoluẽdo æs alienum. Hoc enim tãquam ex iuſtitia debitum præferendum eſt: nec deſuncti bona dicuntur niſi eo deducto. Sic latius probans Gutierrez lib. 2. præſt. q. 94. nu. & 2. Aualos in ſuis præctis. q. 1. nu. 10. Et vult quidem lex illa fori, vt per tranſitum ad ſecundas nuptias, lectus ille quotidianus coniugi acquiritus diuidatur inter ipſum, ac coniugis deſuncti hæredes, ibi. *Tornen los à particion cõ los herederos del muerto.* Hoc enim eſt diuidere eum eisdem argumento. l. 29. Tauri. in principio. Atq; ita Gutierrez l. 2. præſt. q. 95. nu. 15. tenet, dicens ſe multoties viſiſſe præceptum, & ſententijs iudicum lite mota deſiſſum, vt coniugis cui adiuſſeatur ſe lectus: quotidianus, cauear ſe reſtiturum dimidiam partem hereditibus deſuncti, ſi alias elegerit nuptias. Et ita

Mm 3 diuiden.

diu Jon. h. tradit etiam Joann. Lupus, Cassillo, Gomez Arias, Azebedo proximè allegati. Zamallos in suis pract. q. 1. nu. 8. & 9. Lectulus verò hic deducendus est ex aceruo lucròrum, quæ cõstante matrimonio acquilita suat, q. si talia lucra non superint, deducetur ex capitali coniugis defuncti vt docent Gutierrez lib. 2. pract. q. 95. nu. 17. Aluaradus, Lud. Lopez, proximè allegati. Zamallos, d. q. 1. nu. 8. & 10. & refert Aluaradus sic definitum esse in regio Granatensi prætorio. Vnde dicunt Gutierrez, ea. q. 95. nu. 18. & Zamallos ea. q. 1. nu. 8. si lectus hic deductus sit ex diãis lucris, cum aliis communis esset vtriq; coniugi, superint, qui illum integrè habet, si secundis nuptijs copuletur, diuisorum eõ hæredibus alterius medietatem, & si filij ex priori matrimonio superint, solam illam medietatem illis referuari, reliquam autem medietatem tãquã ex bonis proprijs habitam, esse prorsus coniugis illius secundò coniugati. Addit Gutierrez lectum hunc deductum ex capitali coniugis defuncti, q. non superint, nec aliqua, teneri superintem ad secundas nuptias transirem, integrè restituere, ac referuari filijs prioris matrimonij, si illi superint, vt potè, qui ex bonis coniugis defuncti est omnino habitus. Intelligi autè restituentè esse hæredibus defuncti, quando superintes tranfit ad aliud matrimonium intra annum luctus. Vt docet Perez lib. 5. ordinam. tit. 1. l. fin. fol. 54. vers. item per matrimonium. Cætera de hoc lecto quo-

tidiano videnda sunt apud Doctores allegatos. Dohitar ergo, an correctum sit at tento iure Canonico, lectum hunc restituendum esse à coniuge secudò coniugato intra annum luctus? Respondeat negatiuè. Quia non est propriè pœna nuptiarum secundarum, & ita est communis coniugi vtriq; cum tamen pœna anni luctus solam viduam afficiat: (vt nu. 20. probauimus) sed lex ea conditione lectum applicauit coniugi superintiti. Et ita tradit Joann. Lupus l. 15. Tauri. nu. 6. Et ceteri Doctores relati tanquam rem manifestam supponunt.

Ad argumenta nu. 21. 22. proposita respondetur. Ad propositum num. 21. cõstat ex diãis num. 23. quantus enim is textus solam in famiam expresserit, at ratio in eo tradita ad omnes pœnas extenditur. Ad primum cum sua confirmatione propositum. num. 22. dic satis esse, vt iuris Canonici sit legem ciuilem corrigere, per huius decisionem impediri libertatem à Christo permissam transgredi quandoq; ad posterius matrimonium, soluto priori: adde ex ea prohibitione, spueri aliquo; peccat: cum auferatur libertas vt di medicina incontinentiã, atque ita præbeat fornicationibus ansa. Ad secundum dic leges insertas in Decreto non habere vim iuris Canonici, nisi à Pontifice aliquo, aut à concilio generali approbentur, (vt dicam lib. 10. disputat. 12. num. 5.) Quod hic non cõtingit: imò reprobata sunt. cap. finali, de secund. nupt.

DISP. OCTOGESIMA OCTAUA.

Quæ sint pœnæ secundis nuptijs iure Ciuili indictæ in fauorem filiorum prioris matrimonij: & an ex iure Canonico corrigantur?

SUMMARIUM.

Quæ quæstiones disputanda sint: & nomine secundarum nuptiarum etiam tertia, & vltiores intelliguntur num. 1.
Coniugis secundò coniugatus referuat filijs bona ab altero quæstia num. 2.
Vidua secundò nubens, quid possit dare marito: & quid, si vnicum habeat filium, incapacem tamen successiois: & si plus det, an totum sit irritum: & sit hæc pœna communis quocumque viro? num. 3.
An ea vidua perdat filiorum tutelam? num. 4.
Quid, per sponsalia de futuro, vel si iudicem adeat, tutore petiura, vt secudò nubat? num. 5.

Quid, si posterius matrimonium non sit summaturu vel non sit facta traductio? numero 6.
Quid, si matrimonium sit nullum? num. 7.
Quid, si tutela sit testamentaria? num. 8.
Quid, si vir concepit faciat: atrem secundò nubenti, vel vt reineat tutelam? num. 9.
An ab hoc sententia iudicis perdat ipso iure tutelam? num. 10.
Quid, si vidua curatrix sit filiorum? num. 11.
An pater secundò coniugatus perdat tutelam, & administrationem? num. 12.
Quas pœnas incurrit secundò nubens non petiura filijs tutore: & quid de vidua secundò cõ-

iugato.

ingato: & an bona posterioris viri sint tacite obligata pro mala vxoris administratione? num. 13.
An perdat similiter munus exequutiuis testamenti viri? num. 14.
An amittat facultatem nomine viri restandit? num. 15.
An amittat educationem filiorum? Refertur quædam sententia num. 16.
Propositur sententia Authoris: & præsumptio iuris, & de iure ex solis actibus præteritis potest desumit? num. 17.
An in hac educatione præferenda sit mater concurrentibus paribus qualitatibus in ipsa? num. 18.
Quid, si ea sit filijs successuram? num. 19.
Quid de patre transente ad secundas nuptias? num. 20.
An mater hæc teneatur in foro conscientia hæc educationem relinquere? num. 21.
An possit exemplariter filio amentis substituere? Refertur duplex opinio. num. 22. & 23.
Propositur sententia Authoris, num. 24.
An ea facta ante secundas nuptias, euanescat per eas? num. 27.
An pater secundò coniugatus priuatur ea potestate substituendi? num. 26.
An mater secundò nubens excludatur per tacitam pupillarem? Refertur quædam sententia num. 27.
Propositur sententia Authoris, num. 28.
An excludatur mater per tacitam pupillarem, quando ei legat aliquid vir cum conditione non nubendi? num. 29.
Quid, si legat ei, donec vitam vidualem seruauerit? num. 30.
An perdat secundò nuptia priuilegia honoris, & fori viri? num. 31.
An filij reuocantur alere, & dotare matrem secundo nubentem? num. 32.
An ea possit reuocare donationem ratione ingratitudinis: & quid de patre? num. 33.
An secundò nubens amittat ius prælationis in priori dote? num. 34.
An pater secundò coniugatus teneatur satisfactio de restituenda hereditate filijs, & de bono vsu aduenturorum? num. 35.
An mater secundò nubens teneatur de medicis rationem reddere, quamvis a testatore relinqua sit? num. 36.
An valeat pœna sub qua coniuges se obligant ad abstinentiam ab alio coniugio: vel pœna sub qua se obligat quispiam ad ingressum religionis, nisi sponsalia perseveret? num. 37.
post num. 37. inuenies summaria, quæ desiderantur.

iugato.

Dvplex est agitata quæstio. Prior, le pœnis iure ciuili statutis secundis nuptijs, in fauorem filiorum prioris matrimonij. Posterior, de earum correctione iure Canonico. Quæstio ergo prior est, quæ sint hæc pœnæ? Et Et id quidem tanquam certum præmittendum est, secundas nuptias non solas dici quæ secundæ sunt, sed etiam tertia, & vltiores respectu præcedentium. Quod cõstat ex l. cum alijs. 4. C. de secud. nupt. ibi: Omnis posteritas ex quocunque suscepta viri. Et paulò inferius, Ex quocunque coniugio suscepti filij. Et l. hac ed. tit. 1. 6. Ratim in principio. C. eodem tit. ibi, Ad secundam, vel tertia, aut vltius repetiti matrimonij vota iurauerit. Et docent Glossa rubrica. C. de secund. nupt. & ibi Bartol. nom. vnicò, De ciuis num. 5. Ripa in noua editione. nu. 6. vers. pro declaratione. Azo luma, eod. tit. num. 1. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. 2. part. nu. 10. Bologninus in addit. ad Mathesylanum de success. ab intestato, art. 2. principali, membro 1. num. 19. fin. Joann. Lupus. l. 15. Tauri num. 8. & ibi Casillo num. 1. Antonius Gomez nu. 6. sine.

Prima ergo pœna est, vt eõ ipso quod cõiugis tranfit ad secundas nuptias, amittat proprietatem omnium bonorum, quæ à coniuge defuncto consequutus est, & eã transtert ad filios prioris matrimonij, relicto solo vltroctu. Constat ex l. femina. C. de secund. nupt. De cuius pœnæ explicatione est instituenda tota disputatio sequens.

Secunda pœna est, Nõ potest in dorem dare marito, nec alio titulo ei relinquere, plusquam dederit vni ex filijs prioris matrimonij, cui minus reliquit. l. hac ed. tit. 1. 6. in principio. C. de secund. nupt. & an sit plus, minusve, inspicitur tempus mortis: vt ibi habetur. §. huic obseruationi. Hæc autem minor pars data filio, quam nequit excedere reliqua secundo viro, est compunctanda pensatis nõ solum, quæ filius habuit in testamento parentis, sed etiam quæ ab ipso superintite habuit. Quare si filius coniugis secundò nubentis consequutus est ab ipso centum vitæ tempore, & totidem in testamento, poterit hic dare posteriori coniugi ducenta. Quod clarè colligitur ex dict. l. hac ed. tit. 1. in principio, ibi. Quam filius, vel filia habet, cui minor portio vitæ voluntate relicta, aut data fuerit, aut donata. Et docet Angelus auth. de nupt. in princ. nu. 4.

Mm 4 Quod